Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26237
Copyright: Admont, Benediktinerstift

muna. Circius sinister chorus qui et argestes. ab oriente nubila in
india faciens serena. Extra hos sunt duo venti aura et al
tanus. Aura in terra. altanus in pelago. De Nubibus.
Venti suo spiramine aquas in aera trahunt. que congloba
te in nubes densantur. Unde autem nubes quasi nimborum na
ves. Quibus dum venti inclusi erumpere nituntur magno murmu
re concrepant. et nubibus collisis ignem terribilem excutiunt.

De Tonitruo et fulgure

Crepitus quidem nubium et ventorum est tonitruus. ignis ig
nis inde excussus est fulgur. Qui ignis ideo queque pene
trat que tangit. quia et natura est subtilior. et magna ventorum
vi impellitur. Ab aquilone fulgur. et ab euro tonitruus tem
pestatem. et ab austro flatus estum portendit. De Iride.
Arcus in aere quadricolor ex sole et nubibus formatur.
Dum radius solis cave nubi immissus repulsa acie in solem re
fringitur. sicut dum sol in vas aqua plenum fulget splendorem in tec
to reddit. De celo igneum. de aqua purpureum. de aere ia
cinctinum. de terra trahit colorem gramineum. De Pluvia.
Pluvie ex nubibus descendunt. Dum enim guttule in maio
res guttas coeunt aeris amplius natura non ferente. nunc ven
to impellente. nunc sole dissolvente. ad terras dilabuntur. Len
ta autem et iugis defluxio pluvia. repentina et preceps nim
bus vel imber vocatur. Que licet de amaris aquis maris sit
hausta. de solis igne in aere decocta dulcescit. ut mari
na aqua humo infusa dulcem saporem sumit. De Grandine.
Stille pluvie ventis et frigore conglaciate in aere
coagulantur. et in lapillos grandinis mutantur. De nive.
Nix de aquarum vapore nec dum densato in guttas. sed gelu pri
piente formatur. que in alto mari non cadit. De rore et pruina.
Ros de aere venit quando aquis gravatur rigore noctis et lune
splendore distillat. Si vehementius frigus est noctis. ros in pru
inam versus candidior gelu inalbescit. De Nebula.
Nebula fit dum humide exhalationes vaporaliter in ae